

## Sermo

mentior virtus tibi poterat zelum genera-  
re: prouocare affectum: et ad mouendam  
emulationem adiurationis habere vim:  
Sed uenit tempus (nondum est enim)  
cum conuersis uobis ad dominum: aufe-  
retur ignorantie et dissimulationis vela-  
men. tunc quasi sensibiles effecte/accepto  
domini spiritu: adiurationum istarū sen-  
tietis uirtutem. tunc in sanctam experge-  
facte curiositatem: auidas interrogatio-  
nes frequentabitis/dicendo. Qualis est  
dilectus tuus ex dilecto o pulcherrima mu-  
lierum: qualis est dilectus tuus: quoniam  
sic adiurasti nos? Iudeorum: (fratres mei)  
nondum tempus aduenit. nostrum autem  
semper paratum est. Ideo ommissis frivo-  
lis et fraudulentis sermonibus huiusmo-  
di admirationum vel interrogatorum cō-  
mercia celebremus in conuentibus no-  
stris. Utinam uos tales sitis filie que ta-  
lia dogmata desideretis audire. utinam et  
ego talis sim sponsa a qua ualeatis para-  
te talia petere. O beata uere mater que si-  
bi dici audire meretur. O pulcherrima mu-  
lierum. Beata plane si pulchritudine tan-  
tam integram seruet. Candidiores (inquit)  
nazarei eius niue. nitidiores lacte. rubicū-  
diores eboze antiquo. saphiro pulchriores  
Denigrata est super carbones facies eo-  
rum. Magna certe collaudatio. sed maior  
uituperatio. Candor niuis: lactis nitior:  
rubor ebozis. puritas et pulchritudo Sa-  
phiri/ carbonis obducuntur nigredine.  
Denigrata est super carbones facies eoz  
et non sunt cogniti in plateis. Non sunt  
utiq; pro nazareis cogniti iam in plateis  
Silebo de alijs: ordinis nostri cernite ui-  
ros. Quod admirabile erat nomen eozum in  
uniuersa terra. In vicis quādo uix erant  
uisi in plateis. statim cogniti pro sanctita-  
tis signo erant in eis. Hunc autem nullo  
religionis discrimine. nullo priuilegio cō-  
uersionis. aut nullo aut pro tenui distin-  
cti et signati sunt a ceteris. Ideo non sunt  
cogniti quasi nazarei in plateis. Freque-  
ntia platearum dedecorat nazareos: et pe-  
regrinam speciem inducit. Puratus est  
color optimus: dispersi sunt lapides san-  
ctuarij in capite omnium platearum. ideo  
non sunt agniti in plateis. Non agnosci-  
tur in eis natiuus candor. non nitior. non

rubor. non pulchritudo. Quicquid enim  
ista significant: pulchritudinem magnam  
depingunt. ideo non sunt cogniti in pla-  
teis. Hi nazareorum colores sunt: hi eti-  
am sponse et sponsi sunt. Nam et sponsa B  
in loco loquitur et dicit. Dilectus meus can-  
didus et rubicundus. Talis est nazareus  
noster. et cui assimilatur nazareorum color:  
assimilatur et sponse color. Illa enim na-  
zarea est domino se Ihesu nazareo deuo-  
uens et desponsans. quam cum talem in-  
uenerimus: collaudemus pulchritudinem  
eius. consulamus peritiam Qualis est di-  
lectus tuus ex dilecto: o pulcherrima mulier.  
qualis est dilectus tuus: quoniam sic adiurasti nos?  
Sed iam dilecti sui laudes reterat domi-  
ni Ihesu Qui uiuit et regnat per omnia se-  
cula seculorum Amen.

### Sermo. lxxij.

**D**ilectus meus  
candidus et rubicundus: ele-  
ctus ex milibus. Studiuz di-  
lectum intermittit ad tempus. sed ad tem-  
pus modicum: ut filias instruat. delecta-  
bilis necessarijs interrumpit: nec tamen si-  
ne dilectione est: quod sponsi memoriter re-  
centet preconiā. Dulces enim faucibus  
sponse: laudes sunt sponsi. Pia mater et  
sponsa prudens filias informat: commen-  
dat dilectum. Iure prudens: tam parata  
et tam profusa habens que eloquatur de  
sponso. Diligenter illi singula ipsius: et no-  
tata sunt et recogitata sunt que tam i-  
pse sunt. Trabunt singula affectum eius  
que memorie tenaciter herent. Color. ca-  
put. come. oculi. genae. labia. manus. uen-  
ter. crura. pes. guttur. Omnia hec figu-  
rate describuntur in laude sponsi. Et qua-  
si in clausula et breui capitulo totum con-  
cludens. Tonus (inquit) desiderabilis/  
ut que in his amoris sui parata alimenta  
esse doceat. Talis est (ait) dilectus meus  
et ipse est (ait) amicus meus. Videte in  
his omnibus doctrinam sponse. videte  
deuotionem. videte diligentiam vel reco-  
lendo laudes ipsi? Obnite adiurat. patenti-  
det. figurat ornate. disticte gratia. succincte